

1. Análisis y traducción del texto que sigue
2. Explica gramaticalmente las oraciones marcadas en el texto.
3. Resumen de las unidades de cultura realizadas durante el curso.
4. Relación de los latinismos estudiados.
5. Realiza un esquema de la teoría gramatical explicada durante el curso ejemplificando debidamente cada una de las anotaciones gramaticales.

LA GUERRA DE TROYA.

Antiquis temporibus Graeci Troiam, Asiae pulcherrimam urbem, bello diuturno deleverunt. Multi viri fortes in bello perierunt. Multae feminae multique pueri a victoribus capti sunt. Cives Troiani numquam in patriam suam redierunt, nam Troia ab hostibus funditus eversa est.

Urbs in edito colle sita erat, haud procul ab Hellesponto. Hoc fretum Asiam ab Europa dividit. Magnis validisque moenibus muniebatur, nam muri a Neptuno et Apollo aedificavit fuerant. Valida arx in urbe erat atque in arce non solum regia domus sed etiam deorum templa sita erant.

Ex altissima turri, quae ad Scaeas portas exstructa erat, latum prospectum in mare atque in agros feraces Troiani habebant. Mons Ida non multum a Troia distabat. Ex eo monte multi rivi fluminaque profluebant in campum. Simois et Scamander flumina radices eius collis, in quo urbs aedificata fuerat, cingebant.

Magni imperii caput Troia fuit. Eius urbis rex, cui nomen Priamus erat, prudens senex, multas gentes finitimas aequo imperio regebat. Paris, unus regis natorum, in Graeciam quondam navigavit atque Spartam, Menelai regis urbem pervenit. Ibi rex ei benignum hospitium praebuit. At Paris Helenam, hospitis uxorem, rapuit atque secum in suam patriam navibus aportavit.

Statim Graecia omnis surrexit. Omnes Graeciae principes ad iniuriam ulciscendam undique convenerunt atque magnum exercitum paraverunt. Eius exercitus Achilles et Ulixes multique alii duces errant, sed omnibus copiis praeerat Agamemmo, Menelai frater Micenarumque rex, qui omnim consensus dux maximus ad id bellum creatus erat.

Magna Graecorum classis in Graeciae litore diu mansit ob Dianae iram. Tandem Agamemno sacrificio Iphiginiae, filiae suae, deae iram placavit. Ita Graeci ad Asia litora multis navibus navigaverunt, atque in Troiano litore castra posuerunt. Priami agros vastabant hostes, sed urbem frustra oppugnabant, nam Hector, Priamo filius atque fortissimus dux, Troiam ab hostibus summa virtute defendebant. Itaque Graeci per decem annos urbem obsederunt.

Huic bello dei ipsi interfuerunt. Minerva dea Graecis favebat; Venus autem et Mars Troianis iuvabant. Graecus Diomedes in pugna Venerem hasta vulneravit.

Agamemno dux captivam Criseidam, Apollonis sacerdotis filiam, patri suo redere noluerat. Igitur Apollo saevam pestem in Graecorum castra iecit exercitumque suis sagitis diu vastavit. Tandem Agamemno patri captivam reddidit, sed Achilli captivam Brisediam vi rapuit. Tunc Achilles, ob iniuriam iratus, pugnare in Troianos recusavit. Arma sua tamen Patroclo amico dedit, sed hic ab Hectore in pugna interfectus est. Itaque Achilles, ut amici mortem ulcisceretur, in pugnam rediit atque Hectorem vicit, corpusque eius circa Patrocli rogué diu traxit. Tandem, Priami precibus rictus, ei corpus Hectoris reddidit.